Quaestio Medica Quodlib. disp. agit. In Scho. Medicor. die Jovis Calend. decem. D. Joanne Cottereau Doctore M. Disceptre prudentiss.

Estne Calidis vox Magna?

Spiritus insitus homini calido humido minime ab omnibus partibus deciduus, vitaeque calori ministro ad nutriendum, augendum, et conservandum, quoque vegetior fuerit eo vehementius conservatur, maris vitiis, a femina, una pars altera prior, nec oras simul exanguis ex semine, rubras ex sanguine. Ille vero calor dilatat et amplificat maxime instrumenta naturalia, vitalia et animalia, sedes scilicet trium facultatum nostrum corpus gubernantium, a quibus in reliquas partes diffunduntur, in cerebro animalis, naturalis in hepate resident, quarum vitalis et naturalis prius est potior ad vitam, sed animalis longe nobilitate vitalis in corde animalis, vincit.

Ut autem calor magnum habet in generatione momentum, sic frigus ad omnes actiones infestum est, secundum omnia temperamenta nondum omnium pessimum est frigidum, ut temperatum optimum. Sic mulieres viris frigidiores vitiis femineum: ac viri in gis plurimus hic sanguis, et tamen non est omnino purus, sed singulis mensibus post annos pubertatis juxta lunae decursum a natura evacuatur, aut quidem corporis gravitas, lumborum dolor, virium ἀποληψία, coloris permutatio, melancholia, arthritis, affectio hysterica.

Cor calidissimum nativi caloris focus, διαπνοῇ et respiratione ab animali facultate tota ventilandum. Illa sufficit in exanguibus et plantis. Haec in animantibus sanguineis praeterea requiritur, qua inspiratione aëris per pulmones in cor attracti constat, ubi praeparatur, non aliter ac alimenta in ventriculo hepati parantur vel sua qualitate ardorem temperare, et spiritum animalem reparare, foveatque, tanquam pabulo, et expiratione quae systole pulsus analoga est, ut inspiratio ejusdem diastole. Respiratio tota perficitur diaphragmate, aspera arteria, pulmone, et thorace qui pulmonem ipsum per se immobilem attollit.

Eadem instrumenta vocem faciunt, et maxime Larynx (est enim praecipuum vocis instrumentum) cum nervis recurrentibus, lingula illa mirabili et abdominis musculis: thorax quidem nec totus osseus ut cranium, nec carnosus ut venter inferior, si amplus sit caloris argumentum praebet, ac animans plus spiritus ducere cogitur, si angustus frigidioris temperamenti notam affert, neque enim multis et ossibus constans, frigore multum offenditur, et flatu frigido vel Borea.

Pulmo mollis et laxus natura, spongiosa et cavernis concinnata; spiritum qui dum sine impedimento erumpit per asperam arteriam exsufflationem tantum, et expirationem facit, cum autem confertim exit, et transeundo elidit asperam arteriam vox editur magna quidem ubi emittitur spiritus, et meatus ampli sunt et dilatati, parva cum angusti, rauca cum siccior arteria, clangosa cum laevior: sic mulieribus, aegrotis, senibus, eunuchis, castratis animantibus (nec quicquam aeque laedit vocem suavem ac humidam) et pueris donec [illegible] vox gracilis.

Ergo Calidis Vox magna.

Proferebat Joannes Leurechon Barroducaeus 1588.

Dni Doctores disputaturi.

m. petrus Pijart.
m. Sulpitius Rigault.
m. Joannes le Pecheur.
m. Jacobus Marant.
m. Petrus De la mer.
m. Bartholomaeus Perdulcis.
m. Martinus Akakia med. et Prof. Reg.
m. henricus de monantheüil Prof. Reg.
m. Antonius Duval.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE